



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

2
ORATIO
PANEGYRICA

DE
IMMACVLATA
CONCEPTIONE B. MA.
RIA E VIRGINIS.

Habita à

R. P. IOANNE DE PINEDA
Societatis Iesu Theol.

nter medios Hispaniæ tumultus, ratione
IMMACVLATAE CONCEPTIONIS
Concitatos,

Cum insignis SODALITAS S. Crucis in
Hierusalem Nazaraorum, ad coeleste Numen pla-
candum, Supplicationem indixisset, in templo
S. Antonij Hisspalii, An. 1615. 26. Apr.

une primum Latinè edita, vna cum monitione, de
occasione & fructu, huius aliarumque Oratio-
num, ex R. P. Fr. Luca VVaddingo
Minorita.

M.DC.

XXVI.



COLONIAE

Digitized by Google

Cantic. 2.

SIC VLT LILIVM INTER SPINAS;
Sic amica mea, inter filias.

Cantic. 4.

TOTA PVLCHRA ES,
AMICA MEA;
ET MAGVLA
NON EST
IN TE.

Monitio ad Lectorem.

DE OCCASIONE ET
FRVCTV SEQVENTIIS ORA-
tionis, aliarumque similiūm Ex R.
P. Fr. Luca Walddingo Minorita,
in libro, cui titulus est: *LEGATIO*
Philippi III. Et IV. Hispan.
REGVM Edit. Antwerp.

1624.

CVM superioribus Annis, Ma-
gni ac periculosi motus (pro-
pter diversas de IMMACU-
LATA B. V. CONCEPTI-
ONE sententias) in Hispa-
nia Exorti fuissent, quietiam in Iu-
diam iam Orientalem quam occi-
dentalem (vti vulgo appellant) magno
cum periculo peruererunt; Visum Est
Hispania Primoribus, tam Ecclesiasticis,
quam secularibus, ut placandi Numen
causa ad Vota publica (Sicut in talibus
periculu ab Ecclesia fieri solet) reurre-
retur: Hinc factum. Ut in omnib. locis, p[ro]p[ter]e

cætus ac Supplicationes indicetur. Atque Archiepiscopi, Episcopi &c. in Synodis; Magnates, ac PRINCIPES in publicis Comitiis; UNIVERSITATES atque Academie in Solenibus congregacionibus; religiones in suis Capitulis, ac cœribus; Ciuitates in pleno Senatu VOTA PUBLICA, pro pace ac tranquillitate Reipubl. impetranda, nuncuparent. Itaque bac occasione, multæ ciuitates, atque Academie, magna cum pompa atque apparatu, suam in his Veris Nuncupandis pietatem ac magnificenciam declarant; Vt Ex traditu quodam satissimo, ex Hispania in Belgium, atque inde in Variorum Orbis partes, transmisso constare potest. Dabant autem operam, huius pompa atque apparatu directores ac prafides, vti excusum aliquem Concionatorem (quorum in eo regno magna copia est) nanciserentur, cuius eloqua-
tia, ac pietate, magna eidem celebritati accessus fieret.

IN hic ergo occasione, Hispalensis Ciuitas (qua ab Hispanis Seuilia nuncupatur) complures cœtus, ac supplicationes instituit, atque extra ordinem, Sodalitatis

litas NAZARAEORVM, hoc est congre-
gatio sodalium virtute ac pietate flor-
derum sub titulo S. Crucis in Hierusa-
lem celeberrimam processionem ac sup-
plicationem per octiduum integrum sin-
gulari cum apparatu indixit, ad tem-
plum S. Antonij Abbatis, Regavitque
R. P. Ioannem de Pineda, domum Pro-
fessa ibidem Prepositum, scriptis in li-
brum S. Job, Ecclesiasten, ac de SALO-
MONE Commentariis clarum, ac con-
cionandi Laude à multis annis celeberr-
imum, usi prima die concionem, de IM-
MACVLATA B. V. CONCE-
PTIONE, ad populum frequentissi-
mum haberet. Que concio ita placuit
auditoribus, ut multis postea diebus,
plurimus de illa apud omnes sermo in-
stitueretur; Vnde eam necesse fuit ty-
pis Hispanice euulgare, quam deinde
Galli atque Itali certatim in suū idioma
transfuderunt. Ex quibus Belga quidā ei-
dem IMMACVLATAE CONCEPTI-
ONI addiclus in paucis, ad laudem e-
iusdem Virginis, in latinum sermonem
transferre aggressus est; vi illius fructus,
in alias etiam provincias, qua dictorum

A 3 idic-

idiomatum ignara sunt , dimeraret fractus autem ex hac ipsa oratione aliis que similibus (nam à nativitate an 1614 ad lumen anni 1615. in vna Hispali. 500. orationes de Immaculocept. habita sunt) rei ex publicis supplicationibus ac votis variis atque multiplices consecuti sunt. Nam & Pax , tranquillitasq; publica, quam multum turbata fuerat , restituta est; & plorique omnes , per totam forē Hispaniam , ac varia ipsum regna exercitatis sunt , ut uno quasi spiritu , ac voce cōtrauerchia de IMMACULATA CONCEPTIONE definitionem à S. D. N. Paulos. tanquam supremo Eccl. Cath. Capite eiusque successore Greg. 15. postularent.

Vnde factū, ut Rex Piissimus Phil. III. Gloriosa recordationis eiusque successor Philip. IV. celeberrimas legationes variis temporibus , tum per Reverendissimum Carthaginensem Episcopum , tam per Illusterrimum Ducem Albuquercium ad s. sedem Apostolicam dirigeret Legatisq; ipsis non tantum Rex , Regina , Cardinales , Archiepiscopi , Episc. &c. Sed etiā Vniuersitates , ordines Religiosi , Republica ac Ciuitates celeberrima (Et in his

in his ipsis non postrema Hispalensis Ci-
uitas) suas litteras ad summum Pontifi-
cem CHRISTI in terris Vicarium per
Legatos ipsos transmitterent. His vero o-
mnibus, illud tandem effectum est, ut
confirmatis iis, qua Sixtus 4. tribus de-
crevis, Pius item s. ac concilium Tridenti-
num iam ante constituerant, duo
alia decreta adiicerentur: prius à Paulo
s. quo aduersariis contraria sententia
propugnatoribus publicum silentium im-
dittū (ne scilicet in ylo cœtu corā populo
B. Virginē, in Originali conceptā affereret
auderent; sic n. sonat S. D. N. Paulus V. vo-
lens scandalis ex debito sui munera pro-
videre, decrevit, & præcepit ac præsenta
Decreti virtutē mandat & præcipit om-
nibus, & singulū cuiusvis ordinū, & in-
stituti Regularibꝫ, & alijs quibuscunq;
quam Ecclesiasticis quam secularibus per-
sonis cuiusvis conditionū, statu, gradus
aut ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasti-
ca, quam secularis etiam si specialis,
specifica & individua earū esset necessa-
rid mentio facienda, vt in posterum, Do-
nec articulus huiusmodi à sancta sede A-
postolica fuerit diffinitus, aut per sancti-
tatem suam, & sedem Apostolicam fue-
ris aliter ordinatum, non audeant in pu-

blicis concionibus, & alii quibuscumque
altibus publicis afferere, quod eadem Be-
atissima virgo fuerit concepta cum pec-
cato originali. Contra facientes autem
eadem sanctitas sua voluit, & declara-
uit, subiacere debere, & subiecit Censu-
ris, & poenitentia in supradictis con-
stitutionibus suorum Praedecessorum, &
sua, ipso facto incurrit. Posterius ve-
rò à Greg. 15. Sancitum, etiam priuatum
illis silentium iniungit, mandans: Ne
priuato sermone, colloquio, aut scripto
quisquam sententiam contra I M M A-
CULATAM CONCERTIONEM
proponere afferere aut docere audet,
nisi expreſſe ei, hoc ipsum à Sede Aposto-
lica, per dispensationem indulsum fuerit.
Ita enim præcipit. Gregorius 15. suo
Decreto ex eisdem causis euitan-
ti si andala, dissensiones, atque discordias
in populo Christiano, que pari ratione o-
iri possunt, & ut accepit, in aliquibus
Regionibus iam ortas sunt, ex sermonibus
irinatis occasione assertionis affirmativa,
extendit & ampliauit etiam ad priuata
olloquia & scripta. Mandans & præci-
piens omnibus & singulis supradictis
ie decatero, donec articulus huius-

modi

smodi à sede Apostolica diffinitus &
per sanctitatem suam & sedem Apo-
stolicam fuerit alitei ordinatum , ne-
que etiam in sermonibus & scriptis
priuatis audeant assertere , quod eadem
Beatissima virgo fuerit concepta cum
peccate originali , nec de hac opinione
affirmativa aliquo modo agere seu tra-
ctare , exceptis tamen , quibus à Sancta
fede Apostolica fuerit super hoc sim-
pliciter indulxum . *Quibus omnibus , sic*
constitutis as descretis , illud unicum re-
stat ; ut dicatur , cā sententia de fide esse .
Ad quod quidem impetrandum prælata
quadā per superiores (de quibus dixi) le-
gationes adiumenta subministrata sunt ,
principiū verē quando coram Paulo V.
Pontifice , quinque piaz sententiaz funda-
menta fusē admodum asque perspicue
explicata sunt . Quorum primum su-
mitur ex S. Scriptura per S.S. Patres
explicata .

Secundum Ex autoritate Ecclesia .

*3. Ex Approbatione tantorum Pontifi-
cum .*

*4. Ex communī attestacione Do-
ctorum nostris faculi .*

*5. Ex Unanimi共识 populi Chri-
stiani consensu .*

Qua fundamenta, si aliquāto accuratiū cōsiderentur ab ijs, ad quos res ista pertinet, facile impetrabitur, ut discernent, piām sententiam. Quid nemini nostrum videri debet, si apud seipsum reputet, non pāca olim fuisse, de quibus, non pauci dubitarent, qua tamen hoc tempore de fide apud nos sunt. Multae enim hoc saeculo credimus, & tenemus pro fidei arcāis, quæ in aliis anterioribus ecclesiis sub parva, aut nulla probabilitate fluctuabant, & multe sunt iam pro fidei articulis definita, qua apud plures, ex antiquis Doctoribus, duram sunt passa repulsa, & non leuem apud priscos Patres sustinuerunt contradictiones. I. verum esse baptismum, qui rite ab Hereticis confortur, modo docet Ecclesia; quem tamen nullum esse Cyprianus, & duo concilie Africana contendorunt. II. Ioannes XXII. voluit credi, neminem ante Iudij diem diuinam essentiam videres quod falsum esse temporis tractu clare intotuit, & Benedictus XII. definiuit. III. innumeris fuerunt ex prioribus Ecclesias Doctoribus, qui vel clare docerent, vel ion obscurè insinuarent Angelos esse corōnos, cum modo constans sit Theologorum sententia esse omnino spurious. Ad

Augustini usque ad sacramentum. Et ipsa eius aetate quantum fluctuantum sit circa anima originem; tamen vera, quam modo sectamur, sententia est easdem a Deo immediate creari IV. Quot fuerunt Patres tam Graci, quam latini, qui peccati commisisti, Et propriis venialibus Virginem Santissimam arguerent? At tamen Ecclesia diligenter et longa facta discussione edebat a spiritu S. contrarium, prout docuit Concilium Trident. sess. 6. cap. 13. Non aliter infac nostra contrauersia evenisse iudicabit, qui omnem totius rei progressum aduertet. Quia cum multis in Hispaniis nota atque Explorata sint, facile adducor, ut credam, Hispanos, qui tam eximiè pra alijs nationibus pro hac veritate afferenda laborauerunt, non, nisi re perfecta quietuoss; donec scilicet, sis, qui potest, definiat: de fide esse sententiam, qua afferit: B. V. SINE VILLA PECCATI ORIGINALIS LABE CONCEPTAM ESSE.

SED his omissis, orationem ipsam audiamus.

Errata sic corrige.

DAg. 26. l. 15. sit leg. sit. ib. l. 27. fruituris. At
p. 27. l. vlt. & qualiter. p. 29. in fine ad mar-
ginem Gen. 49. p. 30. l. 4. à fin. muliere p. 32. l.
à fine adde non egreditur p. 33. l. 6. à fine Et l.
id. p. 34. l. 13. Hominis Dei p. 38. l. 7. in marg. a-
lio l. ar. 1. p. 43. l. 5. inquiunt. ib. ne l. non. ib. l.
9. at ib. l. 17. qualis ib. l. 19. peccato. p. 44. l. 5:
adde ne com. p. 45. l. 8. quem p. 48. l. 18. patefa-
cis. p. 53. l. 9. multos p. 57. l. 5. Acerneasis ib. l.
10. subiungo ib. l. 11. sentientes p. 58. l. 1. persti-
tisse p. 59. l. 8. & Eccl. p. 63. l. 6. Et l. at. p. 69. l. 5.
à fin. l. 1. 6. 5.



De qua

* * * * *

*De qua natus est Iesus, qui vocatur
Christus Matth. I.*

HAc virginis immaculatae cōceptionis die, tres ordines ducum, gubernatorum, & regum populi Dei, in Euangelio legimus, quorum quique 14. continet, quorum figura & summa est; *De qua natus est Iesus, Salvator, Rex, unctus, & sacerdos, Matt. I.* Singularis Domina Regina, excellens & sancta sine pari, à quo; peculiari gratia, ipsius mater effecta fuit, hæres gratiae instituta, ab Adamo accipiēs naturam labis omnis expertem. Sed ad eorū, de quibus acturi sumus, iaciēda fundamēta, operæ pretiū fuerit parvus exponere, quo in statu modò versemur. Qui haud vide-
Lxx. 10,
tur ab similis ei, qui S. Ioanni Ba-
ptistæ nascenti fuit; cuius historia
ut explorata cunctis; ita eius adiun-
adiun-

Etia notata paucis, nec tantum æstimata ut pote res mutat, quæ vix strepitum ullum edunt, signis animi concepta deteguntur, interrogatur mutus, & operibus reipódetur potius quam verbis. Pueri parentes duo sanctissimi senes, Elisabeth sancta eademque piissima fœtua Zacharias sanctitate & sacerdotio, veneradus mäserat mutus ab Angeli visione per noué mēses & amplius ad optimū vīq; filij, tēpusq; circūcisionis & nominis indendi; domum affluentibus cognatis parentibus, vicinis, & amicis, pro se quisque gratulantibus potissimum vētō Puerpera, quæ sola grates referre poterat. quanquam & senex omnibus quibus siebat præsens, vultus & oculorum serenitas, qui nihil nisi lætitiam spirabant & radios ignis Spiritus sancti, quo totus cōflagrabit, haud pauca loqueretur. Quæritur quod nomen puerō dādum? quis dubitat vocandum no-

mine Patris Zachariam, filium tot
votis experitum à parenibus, qui-
bus nulla spes alterum suscipiendi
Audit hoc sancta Puerpera, nequa-
quam, sed vocabitur Ioannes, Nul-
lo modo Zacharias, sed Ioannes,
quod est gratia: virgin agnati, quia
nemo est in cognatione tua, qui
vocetur hoc nomine, quis tuorum
vocatus est gratia? nequaquam, sed
vocabitur Ioannes; filius meus
gratia est vocandus. Mirantur om-
nes mentem puerperæ. O si, exclam-
mant, sacerdos & pater familias
haud esset mutus, uno verbo qua-
stionem solueret, ipsius non uxoris
staretur iudicio, nutibus loquamus
fors nos intelliget, aut nos illū. Nu-
tibus agitur, ostenditur puer, Za-
charias eodē, quo uxor afflatus Spi-
rituū capite inclinato annuit, Matrē
& filiū dito metans, qui questio-
nem instituerant, vel nolebant in-
telligere, aut radex erant; hic vide-
batur idē cum uxore sentire. Alij qui

magis consuetudinem tot saeculis
receptam, attendebant extra fami-
liam nomen querere impossibile
iudicabant, videt varia sententes
Zacharias, confusionem notat, fla-
grat tollere; sed quid agat? loqui no
potest, sed modo quo potest, poscit
pugillares, scribit omnibus suspensis,
& quid scriberet aspicietibus, *Ioan-
nes est nomen eius, gratia est nomen e-
ius;* attoniti se mutuò respectant a-
mici, sed nihil amplius inquiren-
dum. soluit Deus linguam sacerdo-
tis, & in sacras illas erumpit voces:
Benedictus Dominus Deus Israel;
Nunc ad rem nostram. De conce-
ptione magnæ virginis agimus piet-
tas & deuotio, sancta est annus, val-
dè prouecta & annosa in Ecclesia
Dei, ab ipsius incunabulis ad no-
stram usque ætatē vocaturq, Eliá-
beth, quod sonat; Deus saturitatis
aut Deus quietis. O quam verè san-
cta haç pietas leges est gaudij, con-
folationis & quietis animæ, cum
attentè

attentè perpendit abundántiam
 gratiæ, quam Deus in matrem co-
 piōſiſſimè effudit. videtur ergo pie-
 tas concepisse, & in lucem festum
 hoc edidisse, & vt à ſe genitum di-
 ligit, aitque nomen conceptionis
 eſſe lgratiā, quam bonitas diui-
 na matri ſuæ commūnicauit. Non
 deest qui aduersetur & dicat: quia
 nemo eſt in cognitione tua, qui
 vocetur hoc nomine. null⁹ eſt ex A-
 dæ filijs virili ex ſemine propagat⁹,
 qui cōceptus fit in gratia aut gratia
 nūcupetur nemo, nemo in cognati-
 one tua. Sācta anus pietas Dei afflata
 eſt ſpiritu, cōſtantis & firma perſeue-
 rat, aitq; gratia eſt, futura eſt gratia,
 gratia eſt nomē eius. Haud ita voce-
 tur, vt pater, peccatum, culpa nun-
 cupetur, nequaquam. O ſi Pater
 familias ſacerdos & pontifex ſum-
 mus loqueretur! nec mutus perſi-
 steret! Omné dubitationē tolleret.
 ſed quia verba eius non poſſumus,
 mutus ſaltem intelligamus, quos iā
 diu

diu ingeminat, & qui sufficere, si
vellemus, possent; clarum signum
est concessisse indulgentias & ex
thesauro ecclesiæ spiritualia dona
deproprompsisse ei qui sanctitatem &
putitatem conceptionis virginicæ,
in visceribus matris sanctæ Annæ
(de hac enim & non de nescio qua,
quā tibi fingis, aiunt sacri pontifi-
cū canones & Conc. Trid. sess. 5.
Sixtus 4.) celebrarit. signū eidens
officium Ecclesiasticum missamque
hac de celebritate instituisse; Apo-
stolicam sedem hoc sub concep-
tionis nomine religionē aut religio-
nes approbasse, signum apertissimū
'conceptionem immaculatam mi-
randam, prodigium, eiusque cele-
britatem sanctā piam laudandā nū-
cupasse. Qui post tot signa non in-
telligit sic ut afferere possit, se nōn
intelligere; haud tamen is qui acu-
tè, & facile intelligere possit repu-
tabitur. sed accipit sacerdos pugilla-
res & mittit ad scripta in extraua-
gan-

gantribus & Decretis ; Quæ
clariora signa desideras ? spero in
proximo esse ut Spiritus cœlestis
soluat diu ligatam linguam, ut præ-
cinctat festiuissimum, *Benedictus*, ro-
ti ecclesiæ, omnibus indicens si-
lentium. hic est hodiernus status,
fauore nobis opus est, loqui
ut possimus. *Dignare*
te laudare te virgo
sacra.



De qua

§. I.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur
Christus Matth. I.*

Celebratur Sanctissimum Sacramentum, & mundissima cōceptio Beatisima Virginis. Gaudem, Auditores, his verbis, pro themate uti posse, & in solas munditiae huius Virgineæ laudes excurrere. Varia enim hic argumenta congerere, rationes, cōiecturas ad eam asserendam, proponere; præsertim ijs, qui tot & audiuerunt, & scilunt, videtur superfluum: persuadere ijs, quibus id ita est perlungum, ut pœriū oculos sibi erui passuri sint, quām hanc veritatem cordibus auelli, erit, abs re:explicare ijs quibus res ea ita est explorata, haud est nostri instituti: vndique conquerere ad hanc firmandam dicta, testimonia, figuræ vtriusque Testamenti, & sacrorum codicum à primo, quem scripsit Moses ad ultimum, qui est S. Ioannis, licet sit

facile , nulloque negotio fieri pos-
sit ; at longum nimis : Testes con-
uocare ad veritatis huius confir-
mationem, non solum recentiores,
sed & antiquiores ducere ab ipsis A-
postolis initio , primisque Episco-
pis , & Doctoribus , sæcula singula
percurrendo , & ætates Ecclesiæ ab
ipsis incunabulis , ad nostra usque
tempora , erit querere materiam
contentionum , & clamorum po-
tiùs , quam pietatis , & consolatio-
nis . At nunquam est abs re mun-
ditiam Virginis celebrare , quando
cum eius laudibus , diuinæ eq̄am
inuoluuntur , thesauros sanctitatis
Dei efferendo , quibus creaturas
spas opulentat : accedit quod & si-
mul puritatem filij assertimus , ex-
tollimus Sanguinis Christi vim , qui
animorum maculas eluit , quibus
erant infecti , nec sinit amplius in-
fici ; seges insuper gaudij haud me-
diocris surgit , dum contemplamur
decorum filiæ unius Adæ : tale de-
cus Ecclesiæ , tam magnum be-

nificantia diuinæ argumentorum
 vnde Iesus filius Sirach Benedicen-
 tes Dominum, exaltate illum quan-
 sūporestis, maior est n.o omni laude;
 Conabimur huic præcepto quan-
 tum in nobis erit, satisfacere, com-
 putum quoddam faciendo cum
 Isaia, magno Propheta, & cultore
 Virginis illius absconditæ singu-
 lari, cuius hodie reregit Ecclesia
 mysteria abditissima, purissimam
 siempe conceptionem, cui priuilegio
 magno datum est, eam contempla-
 ri proprius: quam cæteris Prophe-
 tis. Et accessi, inquit, ad Prophetis.
 Ias. 8.3. sum. Computum & summa habe-
 tur cap. 15: Consummatio abbreviata inundabit Iustitiam. facturus
 est Deus summam, Epitomen,
 compendium nullis terminis clau-
 dendum, immo ita ingens, ut al-
 uero egressum, riget cuncta, ditet
 que donis infinitis. Summa mitè
 extensa. Epitome dilatata, compen-
 dium tot bonorum cui unquam
 visum? quamuis in eo intelligendo
 haud

hanc magna sit difficultas, cum de Christo id intelligent non solum Augustinus, Cyprianus, Tertullianus, sed & Apostolus, qui eundem in sensum loquens, *Proposuit*, inquit, *omnia instaurare in Christo*, proposuit pater æternus Christum compendium facere omnium rerum, officiorum, dignitarum, & vel legit Hieronymus, & Tertullianus & responderet textui græco, *Recapitulare omnia in Christo*, omnia constituendo in Christo, quæ erant hinc inde sine suo decore dispersa.

Instaurare ut ait Gregorius, repare, & pristino decori restituere moraliter, quæ sine honore iacebant, vel ut alio loco legit Tertullianus Recipere, procure omnia in Christo, ut omnia conuenient cum Christo & cum omnibus Christus. Ipse quidem ut supremum caput, & omnium perfectio: ceteræ autem res cum ipso, ut ipsius figuræ, opera, representatio, ipsum contuendo tanquam perfectionem suam, in quo

omnia perfectius consistunt. Numeremus igitur, Christum epitome constituendo trium illorum ordinum Euangelij, quatuordecim continentium, & aliarum personarum, dignitatumq; de quibus Euangelium non agit. Moses, Iosue Samson, Gedeon, Dauid, & alii, qui tutati sunt ab hostium incursu populum Dei, quid valent? Saluator. fiat omnium epitome in Christo,
Terci. l. & in fine computi. ponatur *Iesus*,
de meno. perfectus Saluator *Consummatio
E.S.* *abbreviata*. Tot Reges Dauid, Salomon, Roboam, Ozias, Ezechias, & reliqui, quid conficiunt? Regem vngatum, adde ergo *Christus*, sic vngatus Rex & in illo duæ dignitates clausæ. Sacerdotes ab Adam Abel, Noë, Melchisedech, Abraham, in lege naturæ: Aaron & cæteri in lege scripta, quid valent? Sacerdos addatur Christo vngatus Rex, & vngatus Sacerdos. *Iesus*, qui dicitur *Christus*. inita est

summa, consummatio abbreviata,
probatio fiat an bene sit inita? Elu-
cescit res in illo *inundabit justitiam*,
terminos enim prætergreditur; san-
ctitate omnia inundat: in eo quod
cursum ordinariū haud seruat, nec
solito more cum filijs Adæ agit. At
in quam præcipue inundat, & in-
solens muneribus afficit? Matrem
suam *De qua natus est*, efficiendo ut
à lege communi exempta, conci-
piatur sine peccato Adæ. Si proba-
tio hæc facerit recta, computum be-
niè factum constabit, & summam
perfecti Saluatoris, potentis Regis,
æterni Sacerdotis conuenire Chri-
sto, *Iesus qui vocatur Christus*: com-
pendium se extendendo, & grati-
am infinitam conferendo.

§. 2.

AC in primis ad fortitudinem,
felicitatem, & triumphū per-
fecti pertinet Saluatoris, ita
iniustum tyrannum spoliare, in li-
bertatem afferere capiuos, ut ali-
B Digitized by **quos**

quos è vinculis liberet, quibus misericordè constricti erant, alios nunquam capi susterit, sed efficerit ut perpetua & beatitudine fruorentur: illos è servitute peccati exonerat, hos ne in eam inciderent labora-

tit.

Iosepho, lingua sua Aegyptiaca
Gen. 41. Pharao, gloriose, mysterijsq; plenum Salvatoris mundi nomen imposuit, ob quem merita? Ob vindicatam, tempore illius longæ famis, prudentiâ suâ ab interitu patriam. Rogo, hac afflictione, & qualiter omnibus est subuentum? Haud sit probabile. Perierint qui, imo & multi, præferrim externi & ab Aegypto remoti, quibus nec sufficienes erant vires, aut media ad conuolandū in Aegyptum, Iosephi prudentia, & munificentia fruituri. Atque quibus incubuit fames, accedebant tempori, præsenti Ioseph occurrebat indigentiae: redibat fames, redibant & ipsi ad remedium, sicq; ea alternatione vitam conseruarunt.

uarunt. Alij industriâ eiusdem Saluatoris, tantum abest ut famis sauitiam sint experti, quin potius securi omnium bonorum felicissima copia sint potiti. Quis? Ipse Ioseph, Rex, Regina, Domus Regia, Sacerdotes. Vocetur Ioseph Saluator mundi; Domus Regiae, Regis, Sacerdotum Redemptor, quibus non fuit ynquam molesta fames, eorum etiam, qui eam passi, ab ipso Ioseph sunt adiuti, eorum etiam aliquo modo, qui ea contabuerunt: quibus, si Iosephi opem implorassent, fuisset subuentum, cui cuncta suppeterant.

Vniuersalis est fames, quæ affligit Filios Adam, in terra sterili natos, & ex se nihil nisi spinas & tribulos producente ob parentis scelus extortes è fertili illa, omnibusque bonis exuberante: remedium, salutem, & vitam in uno Redemptore, Saluatoremque consistere voluit Deus: at non omnes salutis & remedij illius æqualitatem particeps sunt

sunt qui fame pereant, sua nō Salvatoris culpā; alij factē diu passi, ab illa Salvatoris munificentia liberantur; est deniq; qui nec ad vnum instans eam lensit, omniū honorū genere affluens, Diuitijs gratiæ, & sanctitatis abundans, nempè Saluatoris eiusdem Mater: *de qua natus est Iesus.* nemo gloriæ, & excellentiæ tanti detoget Saluatoris, aliquem ex dilectis saluandi modis negando; aut decori Ecclesiæ, quæ hac gratiarum varietate mirè insignitur; nec hoc honore spoliandi filij Adæ infami tributo obnoxij, qui huius filiæ Adæ priuilegio gloriantur: nec huic loco S. Pauli tantum auferendum mysterium i. Cor. 7. *in omnibus, inquit, Diuites facti estis in illo, ita ut nihil vobis defit in ylla gratia.* Quem cumulum diuitarum in suam Ecclesiam non effudit Redemptor, ait Paulus, & licet non omnes in vnum, has tamen in hos, illas in illos, ita ut omnes in tota reperiantur Ecclesia *in omnibus*, nulla est

gratia quæ ei desit, aut possit exper-
tere, & non habeat. est gratia quæ
peccata mortalia actualia deleat, &
ab illis præseruet; est, quæ venialia,
& ab illis præseruet, est, quæ origi-
nale, & ab eo præseruet; & hæc cui
per merita filij, nisi Matri debuit
conferri? vt Matre hac ditata, &
alijs, copiosissimæ redēptionis o-
pere filius insigniretur: & hac mi-
raculi plena gēma cius spōla Eccle-
sia gloriaretur, nec haberet quod
desiderijs adderet: vt nihil *desit in*
ulla gratia. quæ gratia confertur
Virgini Matri, filiæ primogenitæ
filij sui Redemptoris, vt bene con-
siderat S Bernardinus Senensis, ei *Bern.*
primogenitæ nōmen attribuens; *Serm. 61.*
nam si primogenitus est, in quo pa-
rentis elucet robur, initium cura-
rum & Dolorum, donis cumulatus,
& fratrum Dominus: hæc enim
fuit definitio primogeniti à Iacob
prolata, *Ruben primogenitus meus, in Gen. 9.*
fortitudo mea & principium doloris
mei, prior in donis, maior in Imperio.

Virgo primogenita. Kedemptoris,
 prior in donis, maior in imperio,
 primitæ fortitudinis diuinæ, Patris
 noui sæculi, exemplar redemptio-
 nis peccatorum, ab omnibus, er-
 iam à primo, & præcipuo, quod est
 originale, immunis; præcipuum suæ
 victoriæ trophæū, & saluationis &
 titulus siue epigraphe Iesu, ob quā
 (gratiam dico, quæ Virginis est col-
 lata, ab originali macula eximen-
 do, & tantam excellentiam Redem-
 ptoris obtinendam) sanguinem
 effudit potius, quam ad reliquum
 genus humanum redimendum, li-
 cet omnes ab Adamo, ad ultimum
 hominem fuissent saluandi. Ber-
 nardinus: plus pro ea in mundū venit,
 quā pro omni alia creatura: & sic ma-
 gis in B. Virgine, quam in cæteris
 creaturis Saluatorem ostendit. hinc
 de Virgine intelligo, quod de mu-
 lieri forti est scriptum, confidit in ea
 cor viris sui, & spoliis non indigebit.
 plus hanc seruasse aestimat filius
 & sponsus huius Virginis, quam

Prom. 3.

cætera quæcunque spolia ab hoste
retulisse, & ad dominum suam ornâ-
dam plus hæc gemma cōfert, quæcunque
quæcumque ex bellis rapi potue-
runt. Sic ergo hæc Virgo, & imma-
culata eius puritas Decus Iesu, &
præciputum Suæ Saluationis tro-
phæum, sit columnæ victoriæ pos-
ta in ingressu templi Dei, & Eccle-
siæ suæ, quæ etiam visum proster-
nit hostem: *qui viscerit* (inquit E.
Apoc. 3.
vangelicus Propheta) *faciam illum*
columnam in templo Dei mei, & foras
non egredietur amplius, & scribam su-
per eum nomen Dei mei & nomen ci-
uitatis Dei nomine Ierusalem, & nomen
meum nomen in Basi huius colun-
mæ triumphantis insculpantur hæc
verba, foras non egredietur.. Nomen
Dei mei, Ierusalem noua, Nomen ci-
uitatis nomen Iesus, Nomen meum no-
nun. qui quatuor sunt tituli Christi,
& Matri eius ; primus : foras non
egreditur, firmitas, constantia, per-
petuitas, mansionis in templo Dei,
in eius præsentia, gracia, nuncqua-

vibus profanis inferuijisse, nec seruiturā, & foras non egreditur. Gēmæ, eo magis censemur gemmæ, quod plus lumine suo solem referunt, vnde pretiosissimæ stellarum adinstar fulgent, quarum vna est quæ à naturalistis Selenites dicitur vel Lapis Lunæ, de qua Plinius: *Imaginem Luna continet redditque eam in dies singulos crescentis, minuentisque numero.* eo usque pertingeret gemma potest, ut solem tantum referat, quantum Luna, ut eam videatur intra se coniugere, eo, quo est in cælis modo, iam nova, iam crescens, iam plena, iam minuens. sed eonè aliqua pertigit ut solé ipsum referret, qui lux est quæ nec crescit, nec decrescit? non; hæc est rara, miraculosa gemma, quam possidet Deus, & in se claudit, eo modo & tam constanter, ut in perpetua luce manferit, neclux ab ea unquam recesserit. *Et foras egreditur* Sunt gemmæ reliqui Sancti, sed tamen creuerunt decreuerunt in lu-

Plin. 37.
c. 10.

ce, gratia, & Sanctitate : non semper fuerunt in templo Dei, non semper fuerunt columnæ , non semper ipsius tituli : nam , ut minimum dum fuere concepti , viuereque cœperunt, auersi ab eo fuerunt . *foras, foras* ; at Sanctissima Virgo , semper intus , *foras non egreditur*. Secundus titulus qui in hac miraculosa columna insculpitur est Nomē Dei: nomen; id est filij Dei incarnati, nā ita vocatur *Nomen Domini*. Isaias: *Ecce nomen Domini venit de longinquō.* Isai. 30. Iam venit licet non ita prope sit nomen Domini , filius nempe ipsius; qui dedit nomen, famam, & gloriam æterno suo Patri ; cuius prædicatione, sanguine , & morte, notus, adoratus fuit à mundo : *Ecce nomē Domini.* & ut magis pateret & esse nomen Filij Dei incarnati , dicitur hic nomen Dei mei; q̄ est, aē si diceret, Deus, qui ut fieret homo & frater noster, fieri voluit particuliā modo De° noster, *Nobiscū Dens.*

Gal. 2.

Qui dilexit me , & tradidit semet-
ipsum pro me,hic est Nomen Dei mei.
hic ergo Deus incarnatus sculpa-
tur,scribatur,& imprimatur in pu-
rissimis ipsis visceribus.Tertium
elogium est: Hierusalem noua,ne du-
bites hanc columnam esse eiuita-
tem Dei,domum magni Regis , &
nouam Hierusalem,sponsam noui
Salomonis: Quartus est titulus: No-
mē meum nouum,quod est, Jesus Sal-
uator,Redemptor , nomen propri-
um Nominis Dei,cuius virtus & po-
tēia mirè eluxit in Beatissima Vir-
gine,fine peccato concepta , quæ
indidit Redemptori suo nomen
nouum, *Iesu*,cum nouitate , singu-
laritate , & raro,extraordinarioque
modo Saluatoris,Redemptoris,ob-
se præseruatam. *De qua natus est
Jesus.*

§. 3.

2. **T**alis regina & spōsa decebet
Maiestatem tanti Regis:
Regius Propheta extollit Regis

magnificentiam, ex decore vestium
ornatus, & gemmarū Reginæ spon-
fæ. Et hanc Reginæ pulchritudi-
nem, & ornatum, constituit in eo,
quod ijs vestibus, eaq; cuta compo-
nitis vteretur domi, quibus in pu-
blico: omnis gloria filia Regie ab int. Psal. 44.
Sed quod hic mysterium latet.

Multū minuitur opinio: pulchi-
tudinis, si aliquando quid soliti de-
coris deesse videarū, mulsumque
decedit Majestati Reginæ, si nihil
minus expectans male: compositione
soperiatur: nam si tunc aliquis am-
mē pulchram iudicet, apparet, non
omnem eam pulchritudinem, que
deforis videbatur, fuisse naturalē,
sed partem ornatus censūrā incasi-
tam. Ideo quæ pulchritudinis fama
atcupansur, nihil magis horrebat
quam intra domésticos paniates, on-
improuiso occupari. Reginæ Sal-
monis sponsa, haq cuna opinione
sui decoris fouebat, ne in aliquo pa-
latij Angulo, minus splendens, &
formosa occuparetur, quam dum

per plateas incedebat. Reginam mea,
Domina, & Mater veri Salomonis,
pulcherrima semper, ornata, & cō-
posita, conseruans decorēm & pul-
chritudinem suam, in angulo vitæ
sua maximè recondito, qui fuit pri-
mum instans *Beatae conceptionis*, non
secus ac cū le mūdi aspectui obtu-
lit, cū nata est, & vixit, formola ap-
paruit. *Ab initio, ab initio.* Nemo est
nec in cælo, nec extra, qui afferere
audeat vidisse se eā aliquo téporis
pūcto, minus ornatā, aut fædatam,
nec ipse Deus. Reginam Iudicarunt
eam Angeli, & Cherubini, cum cō-
ceptam viderunt, & cum vita, filia
Regis, cum omni ornatu, pulchritu-
dine, Maiestate, & gloria necessaria,
ut eam Seraphini honorarent & ad-
orarent, *omnis gloria*. Et sic conue-
niebat, vt qui à supremo Domino
in excubijs erant constituti, vt eam,
statim ac esse inciperet, viderique
posset, in recondito licet vitæ an-
gulo adorarent. nunquid absconsum
erat, vt dicere possent Angeli, cum

primum eam vidimus, visa est nobis
sc̄data, turpis, nigra, quām meritō
quis auerſaretur? Non, non. conſti-
tuerat eos Rex ut agnoscerent eam,
admirarentur, adorarent. à 600 an-
nis Fulbertus Carnotēsis: Quāta, in- Serm. in
de natim.
qūit, p̄utamus promisio fuerit Sancto- oru Virg-
rum Angelorum circa tam Deo gra-
tissimos parentes ab initio sua procrea-
tionis, & excubatio super tam ingensem
ſobolem. Nulli fidelium dubium est, quin
circa eam onoris frequenia celestium Serm. I.
de natim.
agniūm inuigilabat, ut pote quam su- Virg.
praeſe exaltandam minime ambige-
bant. & S. Vincētius Ferrerius, ad e-
um ſenſum ait, Angelos in Coceptione
Beatissimæ Virginis duxisse choros
& festum magno plauſu celebrasse,
Non credatis, quod fuerit ſicut in nobis
qui in peccatis cōcipimur & nutrimur;
Sed statim postquam corpus fuit for-
matum, & anima creata, tunc fuit san-
ctificata. Tunc, tunc in primo
Conceptionis instanti: Et statim
Angelos in celo fecerunt festum Conce-
ptionis & haud dubiè celebratum eſt
Digitized by Google

festum ab Angelicis illis ordinibus
 magno cum triumpho, cum ab Ec-
 clesia militante tanta pietate, pera-
 gatur, siveq; adeò sanctum, ut suppo-
 nit doctor ipse Angelicus hac de-
 Th. 3. p.
 27. alio.
 celebritate agens: & sic conuenie-
 bat, ut disponeret omnia summis
 ille Cæli Monarcha, ut honor, quæ
 deferebat Matri & Spozæ suæ, esset
 insolitus: ut legitimus Araxesem:
 pulcherrimæ suæ Esther detulisse,
 cuius historia est notissima, & illa-
 lex non pro te, sed pro omnibus, forsan
 eius circumstantiæ non adeò ab o-
 Ebb. 5. &
 manibus notatae: in discrimine illa-
 15.
 seuo, & periculo ultime suæ gentis,
 imo & vita proprietate, si haud vocata,
 ingredetur ad Regem, Innocentem
 omnium Rectorem & Salvatorem De-
 um. Felix initium. Induit vestes
 quales tantam Reginam decebant,
 cum regia fulgeret habitu, vultu to-
 to & decorum spirans. I; sa roſco colore
 vultum perfusa. Sanguis inuenitur,
 qui decorat, & deler peccata, & ma-
 culas aufert, nec amplius ubi est, re-
 dire finit

Ingreditur daabus pedissequis
comitata innixa vni , altera cycla-
dem ferente. Sedebat in solio Ar-
taxerxes, cum magna maiestate , &
demonstratione potentiae suae seue-
rus , terribilis, cuius aspectus terre-
bat adstantes. Residebat super solium
regni sui, induens vestibus regiis, auto-
que fulgens & pretiosis lapidibus; erat
que terribilis aspectus, qui videretur o-
culis ferre capitis sententiam. Cum-
que elevasset faciem & ardoribus o-
culis furorem pectoris indicasset, Reginam
corruuit, & in pallorem colore mutato,
lassum super ancillulam reclinanit ca-
put. quam miserandū spectare for-
mosissimam Esther absque colore,
pallidam , & seminecem. Et vista
Deum Matrem suam , & Reginam
cæli, iratum, oculis sanguineis Iudi-
cis faciem indutum, & mortem mi-
nitatem aliquando fuisse intuitum
in mortuam , & pallore origina-
lis culpas horrendam ? Aspiciens il-
lam Assuerus non iam ut Iudex se-
uerus; sed ut medicus , sponsus bo-

T. 2. c. 4.
 5. nignus: *Conuertit Deus spiritum Regis
 in mansuetudinem & festinās ac me-
 nens exiluit de solio, ne illic morere-
 tur. Iosephus Gorionis filius, terri-
 tus Rex vehementer flevit super faciem*
 28h. 15. *Esther, decidebant eius lachrymæ
 super vultum Esther. O Lachrymæ,
 & merita Christi Saluatoris, quæ
 eū in quē cadunt, saluant, dant vitā
 & à morte præseruant. Et tandem
 miranda illa verba profert: Ego sum
 frater tuus, noli metuere, non morieris;
 non enim pro te sed pro omnibus hac
 lex constituta est. Sed si pro omni-
 bus, quomodo non pro te? pro ser-
 uis, non pro Regina, non es tu una
 ex omnibus, sed extra omnes, quia
 iuncti omnes non tibi & qui ualent.
 In textu græco est; *Confide, non mori-
 eris, quoniam commune preceptum no-
 strum est.* Licet sit lex communis,
 haud tamen te tangit, non vescitur
 Rex ordinarijs, & communib[us],
 sed particularibus & extraordina-
 rijs. & ei qui in communitate viuit,
 iniungit medicus, morbo exigen-
 ce ab*

te, abstineat à communibus & or-
 dinarijs, particulare quid habeat,
 Eunti præterea ad officinam quam-
 piā Mercatoris amici, si roget pre-
 tium mercis cuiuspiam, hoc datur,
 inquit, cæteris, at tibi minori. *Com-*
mune præceptum est, pro omnibus,
 non pro Regina, cui aliquid
 tribuendum. Quamuis quid
 quod per præceptum commune
 intelligendum sit, hoc videtur, cō-
 mune scilicet Regi, & Reginæ; tan-
 quam legislatoribus, qui à lege ex-
 empti sunt. Regi quidem, quia le-
 gem tulit, ac ideo ex Iure haud legi
 subditus; Reginæ, priuilegio com-
 municationis & gratiæ. ut hoc in
 casu explicat Ioseph Gorionides in
 verbis Assueri: *Lex ista nihil Demi-*
nii habet in te, eo quod tu sis Regina &
confers mea. Gaudes Legislatoris
 priuilegio, quia Legislatoris cōiux.
 Accipiensque sceptrum aureum de-
 dit in manum eius, in signum exem-
 ptionis, quod alius Iosephus signi-
 ficantius, sceptrum in manus eius in-

eruit. Qui sceptrum gerit, imperat.
fert leges, nec illis adstringitur. O
Domina, quid times? sceptrum te-
lispb. l. nes. explicationem vitamque iun-
si. c. 5. gens explicat Iosephus, Legem il-
lam latam esse in subditos, ipsi vero
et regni socie licere omnia: talem es-
se operare, sponsa magni Regis. De
qua natus est Iesus.

Vis è contrario Regen cernere
dedecore magno affectum abs po-
tentiore insolente Tyranno; pro-
pone tibi ob oculos Achab Regem
3. Reg 20 Samariæ , à Benadab Rege Syriæ
obsecsum, cum exercitu centum &
viginti septem millium, equitatu-
dempto, curribus & triginta socijs
Regibus. mittit Benadab insolent-
iem legationem ad Achab. Hac di-
cit Benadab : argentum tuum &
rum tuum meum est: & uxores tuae &
filii tui optimi mei sunt. miser Rex:
xta verbū tuum domine, mihi Rex, tuus
sum ego & omnia mea. Sed quod hic
dedecus vnius, & alterius insolentia?
miser regi infamia obuersa-

tur oculis, quid agat? inops consilij
in varia animum distrahit; conuo-
cat proceres, hoc agitur non fuita-
nimus, *vnum non proferendi, non i-*
ta; inquit proceres, agendum ne-
conuenit. quid? Regi exerno &
Barbaro Reginam, & vxores tra-
dere? hosti tuo Esto, liceat aliquan-
do Patri filium vendere, & ut filius
vendat patrem, matrem, uxorem, &
tyranno tradat ubi auditum? Rex
banc facere non possum inquit affli-
ctus Rex; & Rex Regum pretio-
sissimam suam margaritam, & uni-
uerso pluris habitam, matrem su-
am, permiserit in potestatem vilif.
mæ, turpissimæque creaturæ (quis
est dæmon, & peccatum) redigi?
Magni Regis sponsa & peccatum
carere, nec ulli subdita esse debet.

§. 4.

3. **O**PORTEBAT Matrem eius, *Ps. 44.*
qui erat Sacerdos summus, *Act. 4:19.*
à Spiritu Sancto vñctus alijs Sacer- *G. 10:34.*
dotibus præstantius, omne carere

peccati n^ouo. Præcipiebat sacerdo-
 ti veteri Deus: Virginem ducat uxori-
 rem. Videlicet antē & repudiatam, &
 fordidam, atque meretricem non ac-
 cipiet: commisceat stirpem generis sui
 vulgo gentis sua: quia ego Dominus qui
 sanctifico eum. & cuius vis fuisse pri-
 us Matrem Dei, quam Dei? omittō
 hic munditiem, quæ in sacerdote
 requirebatur, & vestibus; Sanctita-
 tem, & ornatum altaris, sacrificio-
 rum dignitatem & apparatum, pre-
 tium & fulgorē supellestilis sa-
 cræ, quæ omnia fuerunt umbra
 Sanctissimæ Virginis. quæ fuit ve-
 stis summi Sacerdotis, altare, caro
 & sanguis sacrificij, quo placatus
 est Deus, & templum in quo fuit
 cultus; hoc tantum addo: in anti-
 quo illo Salomonis templo, ut refe-
 runt antiqui Magistri inter alia,
 quibus Deus se præsentem illic te-
 stabatur, quatuor hæc fuisse præci-
 pua, quorum mentio sit in libro,
 qui inscribitur, Capitula Patrum:
 non fatuit unquam caro sanctificata

non conspecta fuit musca in domo ma-
Etationis, non extinxerunt pluvia ignem, qui erat in frue lignorum, non vi-
cit ventus columnam fumi, cum alta-
re expositum esset pluiae & vento.

Miracula sunt hæc, quibus testa-
tum voluit Deus, se illic præsentē;
ac adeò quum sibi honorem veller
deferri, magis erat rationi consen-
taneum, ut corpus, & anima eius,
quæ datura erat carnem & sanguinem
filio Dei, immunis esset à mus-
cis & factore corruptionis peccati,
licet aliæ & sua natura corruptioni
obnoxia. ut licet pluat in toto orbe
& sit generale diluuium originalis
labis, haud cadat vel gutta in altare
sacri & diuinæ ignis charitatis, qui
semper in pectore & corde huius
Virginis arsit. Ut licet culpæ Aqui-
lo cuncta perflet & à quatuor or-
bis cardinibus bacchentur venti
furibundi, pestilentes, salutis, vitæ,
& quietis hostes, non tamen per-
ueniant ad hanc virgam suauissimi
odoris, ut eam turbent, aut impe-
diant

diant quo minus sursum recta feratur. tale nempe conuenit, sit quidquid tanti est sacerdotis, præcipue cum sit eius mater: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

§. 5.

VOLO nunc O Domina & Regina mea ut redeam ad causam nostræ lætitiae, & festiuitatis huius cōpellare tē verbis Patris tui David : *Sicut latantium omnium habitatio est in te*, & addit Ecclesia, ut omnes in te coniijciant oculos, *Sancta Dei Genitrix*. est Virgo Sanctissima Beata ciuitas, intra cuius ambitum securi tui famuli lœtantur, *Sicut latantium omnium*. omnes lœtantur, & innicem se inuitant ad Laudes tuas celebrandas, & si fieri posset sine interruptione, ut esset *Sabbathum de Sabbatho*. Sed rogas quæ sit hæc lætitia de qua Dauide nulla alia quam laudes Virginis sine labore conceptæ. quia si textum græcum consulimus, inueniemus

Pf. 86.

fermè sensum horum verborum,
 illi Legi Deuteronomij cap. 20. cō-
 uenire. Qui plantauit vineam, & non
 est latatus ex ipsa, reuertatur in
 domum suam & moriatur in p̄llo. &
 homo alter latetur de ipsa. Vult Deus,
 ut qui plantauit vineam postquam
 ut iubet lex, Domino debita obtu-
 lerit, ea fruatur. In hac ergo signifi-
 catione, *Sicut latatiū omniū.* &c. Qui
 lætantur ob puram hanc Cōceptio-
 nem, ad instar eorum sunt, qui pri-
 mo vineæ fructu lætantur: quia cū
 Creatore exiliunt: qui & gaudet
 collegisse primum fructum, & pri-
 mun instans huius vineæ, sua ma-
 nu lætæ, ad suam & lætitiam, & glo-
 riam. *Sicut lætantium omniū,* &c. Sed
 *Hie in
psal.*
 gaudium, iubilo & canticis admi-
 scetur, videlicet Concepta est sine
 peccato, hæc totus orbis ingemi-
 nat, & addit S. Hieronymus, *Canta-
 bunt quasi in choris;* ut hodie patet in
 Ecclesia, quæ multis choris, iunctis
 idem canit. hic vna sodalitas, illic
 alia, hic vna Religio, illuc vicissim

reliquæ , hic canit ciuitas vna , illic
 respondet alia , unus Episcopatus , v-
 na prouincia , vnum regnum , illic
 alij episcopatus , prouinciez , & Re-
 gna sicut cantantium in choris . & ut
 versu perficiamus , aliqui illud , habi-
 tatio est in te , vertunt , omnes fontes mei
 in te , alij oculi mei in te , quia Hebraicè
 verbo , fons , etiam oculus significa-
 tur , ut & in alijs idiomatis aliquam
 habent similitudinem : dicimus e-
 nim oculos fidei fontes lachryma-
 rum . omnes fontes igitur , omnes oculi
 mei in te in te Virgo coniicio oculos ,
 & præ gaudio fiunt fontes lachry-
 marum , dum tuam puritatem intu-
 eor dominæ Matris & Reginæ meæ ,
 quæ patefacit aditum ad Iudicem ,
 cui nunquam fuisti ingrata . & si ex
 te tot fontes oriuntur , quot oculi
 te intuentur , quid mirum ex omni-
 bus fieri ingentem fluuium gaudijs ,
 & deuotionis , qui impetu suo latificat
 ciuitatem Dei . Et si prudens ad rem
 consilium requiris , audi Iesum fili-
 um Sirac . c . 4 . Ecl . ne coneris contra

*Etum fluisse; quia inueniet & rapit
et te fluctibus suis, tam vehementi-
bus ijs, qui contra nituntur, quam
suauibus, qui illis se ferri suunt.*

Sed ut ad illud, omnes oculi mei in
se, redeam, videtur mihi hic chorus
suauissimæ musicae, in quo phona-
scus cantoribus vndeque cingitur,
& ante librum stant pueri, omnes
fixis in illum oculis: omnes oculi meis
in te. aliqui canunt le plein chant,
aliij, le contrepoint. Vulgus simplex
puca & sincera sua deuotione ca-
nunt le plein chant: le contrepoint,
Theologi suis subtilitatibus: Scri-
pture interpres suis reconditis sen-
sibus; Eruditus Ecclesiasticus multa
SS. & Doctorum lectione. At rogas
quis sit phonascus, qui cunctis quo-
tenore, & voce sit canendum, præ-
scribat pueris, senibus, nobili, ple-
beo? Spiritus sanctus, aut si inauis
SS. D. N. Paulus scilicet quem hoc fe-
stum maxima pietate colere ferunt,
ad eoq; construere & dedicare Con-
ceptiōni matris Dei dignum sua pie-

Fulb.

50 *Io. K. P. de Pineaa*
tate & sanctitate facillum. his ergo
præcinentibus, cantet totus orbis
die & nocte, respondeatque præ-
cimenti. *Precinete Domino*. quod pro-
priè est, *Respondete Domino*, Respon-
dete Deo, qui præcinit, nec tantillū
vox & tonus ab illius præscripto re-
cedat. *oculi mei in te*, oculi sursum, si-
cunt latantium, & sic suauissimè Deo
canis, & ut Pl. 46. dicitur *bonus psal-*
mus Deo nostro honor, quem hoc in
festo Matri beatissimæ defers, be-
ne tibi cedet *bonus (utilis) Psalmus*.
Sunt hæ iucundæ laudes, ad quas
concinendas omnes conueniunt.
Sicut latantium omnium.

§. 6.

PRÆTER QVAM quæd hoc su-
pauicōcentu Deo placemus, san-
ctis etiam huius puellæ sanctissi-
mæ parentibus gratulamur, qui fi-
liæ donorum etiam suêre partici-
pes. quod testatur Sanctus Fulber-
tus in huīis Cōceptione hanc dubium
est, quin utrumque parentem viuifi-

Ps. 46.

cus, & ardens spiritus singulari mente
 re repleuerit: quodque ab eis Sancto-
 rum Angelorum custodia sens visita-
 tio nunquam abfuerit. Quantæ curæ
 fuit prouidentiæ illius, qui futu-
 rus erat filius, matris conceptio! nō
 decebat, parentes tales alios gene-
 rare filios, nec conferre quidquam
 ad conceptionem alterius, qui pa-
 rentis Adæ inficiendus esset sce-
 lere: Nec enim decebat, subdit idem,
 ut huius singularis Virginis sanctissi-
 mi progenitores fadarentur plurimo-
 rum propagatione filiorum, qui erant
 futuri unice matris Dei Pronifores,
 Educatores egregii. Sic vtrique gra-
 tulamur parenti, at non hic sista-
 mus, vnumquemque verbis duo-
 rum Sanctorum Damasceni, &
 Fulberti singillatim saluteimus. Fe-
 lix, inquit hic, Ioachim alloquens,
 præ ceteris patribus felicior, qui tan-
 te prolis meruit vocitari patrator. In-
 de Damascenus: O beatos Ioachim
 lumbos, ex quibus semen omnino im-
 maculatum fluxit. Vocat Dama-
 scenus Damasc.
orat. i. de
Natur. i.

scenus materiam, ex qua conflatum est Virginis corpus, sanctam, etiam antequam concepta esset, aut eius anima creata.

Salutatio sic loachitio ad S. Annā: Sancti filii conuertantur, ac in primis Damascenus: O preclarissima Anna vulnus in qua tacitis incrementis ex ea auctus & formatus fuit fœtus sanctissimus! O beatissimum ventrem, qui viuum calidum cibis ipsius latius pèperit. Mox Fulbertus: vere beata, & omni in veneratione habēda, & quodā priuilegio sacro predicanda mater huius Sancte, quæ omnipiū antecessit matres in concipiendo, & generando eam, quæ saud & omniam generatet creatorē. gaudet, & lætate, o felix, pro tali filia, quoniam tali dote donata es, qua multa ante te, vel postea meruit autocellere. & concludens Fulbertus utrumque simul alloquitur; loachim: & Anna bene sibi de nominis interpretatione competant, loachim quippe comparatio Domini dicitur, Anna vero gratia

ta. Dei interpretatur. Sic ergo in unum
dua compacte gratie, disponente Dei
unitu, preferuntur. ex se gratiam non par-
amus, preferuimus valde cunctis horum
mibus.

S. 7.

Licet de hac communione &c. re-
uerberali letitia sequenti fuerintus,
nondum tam expressamus, quoniam
communis sit & ad quam spissas
pertineat: & si illud Letantum a-
nnuum, sit omnes qui letantur, an
qui letantur sint omnes? dico ergo
letantur esse omnes, quia licet re-
periatur aliqui, qui zelo bono, &
rationibus aliquibus innisi, con-
trarium sentiant, illi ramea cum
gaudio audiunt id ab alijs dici; ne-
fas quippe putem quenquam re-
periri posse, praesertim Christianum,
& eiusdem Virginis cultorem,
qui id aegre ferat.

Sed si omnes letantur, licet id
omnes non sentiant; quot erunt
hodie, qui id sentiunt dico eos qui

id tenent fermè esse omnes, paucis
 paucissimis exceptis: nec quisquam
 me de sola Hispali id arbitretur a fa-
 sterere, de tota Ecclesia mihi sermo
 est, quæ si non omnis, certè penè o-
 mnis conceperam, sine ullo næuo
 deprædicat: & quod Hispali fit, id
 cum proportione de tota Ecclesia
 intelligendum; sicut *letantium om-
 nium*, & si omnium yis inductio-
 nem facere, à pueris ordire qui
 die & nocte id canunt, quorum
 multi quod loqui nesciunt, canere
 sciunt, & nemo reijciat tanquam
 puerilia pueriles Virginis laudes, ex
 ore infantium, & *letantium perfecisti*
Inaudem. quanto eorum ætas imper-
 fectionis, & rudior, tanto eorum con-
 fessio, & laus perfectior, solidior &
 vetior. alij legunt *fundasti fortitudi-
 nem*, non est laus vana, aut sine fun-
 damento, quæ à pueris proficisciue-
 licet rationem facti aut dicti sui,
 reddere non valeant. *fundasti*, alij
confirmasti, stabiliuisti virtutem, ro-
 bur. Ætas imbecillis & tenera laus

& testimonium forte, & efficax: quo confunditur superbia communis hostis, qui est peccatum originale, & dæmon, qui omnibus, tanquam filijs iræ dominabatur & triumphabat, volens nocendo creatutis vindictâ sumere de Creatore: ut destruas inimicū, & vltorē, & vt Caldæus Caldæus. ut destruas patrē odii, & minacē. & melius Hieron. ut quiescat inimicus & vltor, ut hic cesset illius tyranus, ut compesceras inimicum. de quo elegans est illa Paraphrasis: *Rei mira quod sola infantum, & lac adhuc fugientium acclamazione pro armis usus sis cōtra hostes tuos, & omnipotentia manifestum ostendens argumentum, ut re tam imbecilli subuertieris inimicum, qui veluti vindicem se opposuerat tibi:* Pueri Hispalentes insultant dæmoni, & peccato originali, à quorum potestate virgo semper perstitit immutis.

Sequitur pueros plebs Christiana, pia, & quæ res cælestes sapit. *Omnium, omnium, at vulgus est in-*

quis. an ideo spernendum? Num quid eius ore sapientia loquitur Deus,
vox populi. & contra te loquebantur illi qui hoc argumento ne crederent Christo, vtebantur quod illum non, sequerentur sapientes, optimates. sed tantum vulgus; de
Mat. 18: quo illud contemptim iactabant, turba que non norit legem, maledicti sunt. Adde eadem sentire Reges omnes Catholicos, Principes, Dukes, Marchiones, Comites, ceterosque nobiles, paratos bona sua in huius veritatis confirmationem profundere. sequuntur fere omnes Doctores, Vniuersitates, Episcopatus cum suis Praesulibus omnium omnes fere Religiosi Ordines, si unum exceptias, quamvis amplissimum, sed nec integrum, multi enim ex eo Sanctissimi sapientissimi que viri, idem quod ceteri sentiunt. ut implatur paulatim illud, *sicut Latitium omnium.* Ac in primis ipse Sanctissimus Patriarcha Dominicus, hanc Virginis puritatem afferit, in tra-

Statu quodam de sanctissimo Sa-
cramento, quem contra Albigens-
es scripsit, cuius verba referunt
haud pauci Auctores fide dignissi-
mæ. ut Episcopus Aceruensis An-
tonius Cucarus, qui ait librum hanc.
in quo Deiparam conceptam affer-
tum erat, ab hereticis ter in ignem,
iniectum ter integrum exiliisse.

Patri sybiane filios omnium
statum, & regionum id sententi-
um, ac occurrit in primis Magne-
tis alborus, qui Virgini duodecim
stellarum coronam cœcens pro nu-
mero priuilegiorum, afferit eam se-
dem exemplar ab illa regula D. Pau-
li ad Rom. 3. Omnes in Adam peccar-
uerunt.

Circa haec tempora ex godem
ordine floruit Vincentius Belua-
cenſis quide S. Ildephonſo Arhie-
piscopo Toletano eiusque scrip-
tegas; ex illis tanquam suauissi-
ma florē legit verba, quibus ait,
Virginem sine nabo peccati origi-
natis, aut actualis constanter penit-
tisse.

Alb. ci-
 tatum à
 Canisio
 J. s. de
 Disip. 6.2.
 3 p. q. 32.
 a. 2. ad 2.

risset. Idem ait Albertus Magnus
 Sequitur doctrina pariter & sancti-
 tate conspicuus Hugo Cardinalis,
 primus ex suis hac dignitate orna-
 tus ab Innocentio. 4. anno. 1244:
 . titulo S. Sabine, qui explanans il-
 lud, adiunxit eam Deus mane dilucu-
 lo, dicit per mane, initum vitæ intel-
 ligi, in principio vita, id est diluculo
 tollente tenebras peccati Originalis. yn-
 de quidam operum ipsius indicem
 colligentes in eo aiunt, Peccatum
 eriguale nunquam fuit in Virgine. nec
 hic sive instans aliquod diuersum
 ab eo, quo Beatiss. illa anima creata
 fuit, quod est verum principium vi-
 tæ; & si dicis, infusionem illam gra-
 tiæ factam paulo post principium,
 ex Hugone id haud habes, qui di-
 ferte ait in principio. & sanè illa in-
 tellige, tollente tenebras peccati origi-
 nalis, non quod illis fuerit occupata,
 sed ne occuparetur, præseruata. Si-
 cut medicus dicitur soluere morbum, à
 quo præseruat per medicinam quæ
 sunt S. Thomæ. Et ut alibi idem
 Hugo,

Hugo: Deus mundavit Virginem à peccatis; clarum est haud intelligendum de ijs quæ habebat, sed ijs, à quibus fuit præseruata.

At quia videor audire obijcien-
tem aliquem, aliter duobus in locis
alijs sensisse, Ecclesiastæ videlicet
7. de Eccl. 24. aio in marginē
horum locorum additum (nec e-
go id curauim imprimi) *hoc non tene-
tur modo ab Ecclesia*, quod non so-
lūm habetur in Impressione noua
Veneta anni 1600, sed & in anti-
qua illa anni 1504.

Addo deinde, post dicta duo-
bus illis locis, in priore sententia
pedem firmam fixisset: in Lucam e-
nim scribens ad illa verba, *Intra-
uit Iesu in quoddam castellum, ubi
inter octo priuilegia Virginis, in
quibus superat omnes Sanctos, primū
recenset, immunitas peccati, exem-
ptio ab omni tributo, eoq; graui-
simo peccati originalis, vt idē Do-
ctor explicat illo verbo Angeli *Ane*,*

id est sine ve, sine occasione conque-

rendi de misera cōditione postero-
 rū Adæ. Secundū priuilegiū quod i-
 dē Doctor attribuit Virgini est pte-
 nitudo gratie. Tertiū Dignitas Ma-
 teris Dei. & q̄ta ratione ante, quā ei-
 set Mater Dei potuit habere plenit-
 tudinem gratie, & ante hanc ex-
 tunctionē ab omni peccato, si illo ali-
 quando fuit infecta? Sed ut certius
 sit testimoniuム doctissimi hui^o Car-
 dinalis, omissis duobus alijs citu-
 dem Doctoris locis, quos alij do-
 cē examinant: primo ex cap. Eccl.
 24 ybi docet creatam Virginem à
 Deo modo quodam singulari, Pro-
 visa creari priuilegio quodam modo.
 Altero, c. 12. Apoc. afferens à Deo
 electam Virginem, & priuilegio do-
 natam, alter quam Iohannes, & Hie-
 remias, qui quia sanctificati ante na-
 tūrārem, celsiorem quendam san-
 ctificationis modum intelligere de-
 bemus. Dico etgo eum in concio-
 nibus suis (quæ seorsim à reliquis e-
 sis operibus impressæ sunt, & qui-
 dem Parisijs (anno 1506..) in qua-
 dam

dam in (*Messias est*) ait vnā ex stellis
coronæ Virginis, esse eiusdem ge-
nerationem & conceptionem, &
hanc quidem esse cælestem, à ma-
tredictione Euæ immunem; at quo-
modo generatio eius cælestis, si
fuisse in peccato, cuius principiam
est & radix in inferno?

Prodeatex eodem ordine Ro-
bertus Holkot, qui circa annum
1349. floruit, & docta illa in sapien-
tiam commentaria edidit, vbi le-
ctione 200. in caput 13. mire verita-
tem hanc stabiluit, notans docte
ex scholasticis haud paucos, qui a-
lijs temporibus Virginis conceptio-
nem infectam voluerunt, haud in-
tellexisse; sanctissimam ejus ani-
matam, vel uno istanti peccato fa-
dam fuisse, cum unita fuit corpori:
sed alia conceptione imperfecta,
du naturaliter augeretur corp^r, an-
tequā anima conderetur, & hanc co-
ceptionē seu generationē, ut opus
naturalē corrupta, in peccato fuisse
stunt, ex qua se quicunq*uis* fuisse & ha-
bes animæ, ni De^r p*rae*cavisset. Ex

Holkot.

Taulerus Ex eadem familia est Taulerus, qui circa annum 1350. vixit, hic in quadam concione Purificationis hæc profert: Vires eius suprema absque medio in suam se verterant originem unita eidem; infusa vero supremis, instar Adæ in originali persistenter Iustitia, innocentiaque, perfectè obtemperabant. Qui nimis hinc illi accessit decor, q[uod] culpa originalis perpetuo expers fuit: à qua praeservarat illa filius eius, ita ut ne momento quidē temporis, vel in filia, vel vas immunum, vel diabolico (sicut nos alii omnes) subiecta dominio fuerit. Prævenit enim hoc sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqualabore aspergi.

Guil. pep. Tempore Caroli V. à 100. annis Guilielmus Pepin. in quadam de Conceptione Concione eleganter explanat, quomodo differant duæ conceptiones, quas Ecclesia celebrat matris, & filii: filiæ Adæ, & filij Dei, ac primum, quod si Conceptio Virginis fuit sancta, potuit

ex natura sua non esse auxilio diuino destituta, & sic præseruata potuit maiori submissione, quam fuit superbia illa Pharisei dicere, *gratias tibi ago Domine, quia nō sum sicut ceteri hominum.* & conceptio filij Dei, quia talis, & tali modo non potuit non esse sancta. 2. quod Virginis, natatali modo, à patre & matre genitæ dcepit corpus paulatim augeri & perfici, antequam illi anima infunderetur, at Christi in visceribus Virginis Spiritus Sanctus operâ primo instanti fuit perfectum, & unitum animæ, & Verbo, quæ elegantissime, secundum Theologica principia prosequitur.

Anno 1500. in Aragonia M.

Santius de la Porta floruit, magnus vir, & cui Aragonia post S. Vincen-
tium Ferrerium in concionandi manere primas defert, hic corā Sūmo Pontifice concionem habuit,
postquam Magister Sacri palati⁹ est
creatus, in qua inter cætera Beatam
Virginem afferit parentis primi,

*Santius
à porta.*

non incurrisse labem, sed à fando
spiritu præuentā, & ab omni peccato
præseruatam; & agens de *Vt*
culpæ, in quam incurrit Eua, Beata
Virg. à communī regula excepta;
Hac privilegiatissima Virgo habet mala-
li carentiam, unde excipiunt à regula
generali, ad quod stabiliendum vici-
tur, illo Dini Augustini, quando agi-
tur de peccatis, Virginem semper
excipiendam, Vix enim omni ex
parte peccatum.

*Vrino
Viguer.*

Omito M. Leonardū de *Vrino*,
Ioannem *Vigueriam*, & insignes alios
verbi Dei precones, Magistros
que Ordinis Prædicatorum nostri
temporis, qui & in Castella & Bari-
ca eandem veritatem magno ver-
borum pondere stabilierunt, *Vt Fr.*

*Lud.
Granat.
Ioannes
De La
penna.*

Ludouicum Granat. & primarium
Salmanticæ Doctorē Ioannē de la
penna, in suis Lectionibus, affe-
rendo (ut eius discipuli testantur)
se in afflenda Virginis punitate
Angelici Doctoris seqquum spisi-
um, licet ab eius littera videatur

recedere: expectabat enim S. Do-
ctor quid Ecclesia summusq; Pon-
tifex super ea re decerneret, quod
nobis contigisse gaudemus. Adeo
tantum insigne testimonium, nos-
tri temporis quidem viri, sed an-
tiquioribus hanc postponendi, S.
Ludouici Beltrami, quem praeter-
quam quod Festum Conceptionis Fr. Lud.
Beltran.
maximo pietatis sensu celebraret,
referre solitum accopimus Si S.
Thomas, & S. Bonaventura hoc
tempore vixissent, quod reliqua
sunt Ecclesia sensuros fuisse. Sic
litteris mandauit Fr. Vincentius
Iustinianus Prior Coquenterias Va- Vincent.
lentini Prædicatorum in libro ad- Iustinia-
ditionum, ad Historiam S. Fr. Lu-
douici Beltran c. ultima, impresso
anno 1593.

Sed quia Litterati optant saepius
auctoritatem magni alicuius Do-
ctoris, quam magni Sancti in tali-
bus materijs, ut illis, cæterisque om-
nibus satisfaciam, Cardinalem Ca-
tetanum in medium adducam, qui

licet rigidus valde fuerit, in nostram sententiam, in eo, quem Leonii X. dicauit, libro, ita ut nec aequaliter probabilem iudicarit (fateatur, licet, infinitos Doctores, qui nostram sequuntur) postea tamen lenior factus, volensque refrænare indiscretum zelum suorum, agnoscens quam debili fundamento multi niterentur. Quod scilicet, nisi Mater Dei infecta peccato originali fuisset, redēpta non fuisset, ait 2.2.

Caietan. q. 81. a 3. nō solum redēptione indiget, qui aequaliter captivus est, sed & qui obnoxius est captitati, & solito suo lepore: Et hac bene notabis tu Thomista, ne nimio zelo accessus, nō secundum scientiam errona dicas, quae erronea nō sunt, cū de conceptione B. Virg. disputas, aut predicas. quae ultima verba licet in mendosis aliquot impressionibus non habeantur, leguntur tamen in Romana emendatissima anni 1570. facta cum operibus S. Thomæ iussu Pij V. & licet eadem repetierit postea 3. p. non tamen tam clare

nec vt doctrinam planè suam, &c
 S. Thomæ, ut hoc loco; vbi vult
 eum egere redemptione non solù
 qui de facto captiuus est, sed qui est
 in periculo (vt ipsemet postea, in
 procinctu seu periculo habendi pecca-
 tum, quisquis indiget saluari à peccato)
 & cui si non subueniatur in seruitu-
 té incidit. & vt concludam ad con-
 solationem omnium nostrum, &
 satisfactionem, qui quoad fieri po-
 test S. Thomam sequimur, annotat
 hic eximus illius commentator,
 tempore S. Thomæ non fuisse ani-
 maduersam hac in materia ratio-
 nem (quia tēpore suo non erat adiunc-
 ta) explicandi, quomodo quis pot-
 est in conceptione sanctificari; ideo
 haud meminit eius S. Doctor; scili-
 tet non ante creatam animam, quia
 solum corpus hāud erat gratiæ ca-
 pax, nec post creatam, & infusa
 quia iam fuerit infecta: sed eo in-
 stanti quo anima creatur, & vnitur
 corpori, & incipit esse filia Adæ. ita
 vt sacra hanc schola reperiamus.

A. T. 10. de S. Iacob.

semperque repetire erit, quidquid
ad consolationem nostram, sa-
namente doctrinam requiremus.
sed

§. IX.

VI A dixi ferè omnes religio-
sus familias sine labo Virgi-
nem asserere; vobis annuentibus,
verbum subit addere de nostra mi-
nima Societate, repetendo, quod è
Theologis nostris vnuis (quem
merito venetur Complaten sis A-
cademia, & tam illustri filio gloria-
tur) religionis totius nostræ nomi-
ne scripti: omnes qui Christiani na-
minis fidem profarentur, in hanc sem-
tentiam uno animo & affectu ita
conspirant, ut sine magno populi sca-
dale iam nemo possit oppositam populo
in sōcioribus exponere. Et addit: nostra
Societas tam verbo, quam scripto, u-
bique, semperq; ita sensu & docuit. nec
aberrat à voto; paucis enim his an-
nis, quibus stetit Religio nostra, in-
terque tot scriptores, quos tuide,

P. Vag.
3. p. q. 27.
a. 1. disp.
117, c. 2.

quot merito admirare, nec, per gratiam Dei, inutiles Ecclesiæ, omnes professi sunt hanc veritatem, & propugnarunt, quæsitis hinc inde occasionibus, ut illam firmarent. & cum materia quam tractabant de illa agendi segetem non offerret, ipsi camvlo quæsierunt, hi in suis Controversijs, ad obstruendum os alicui heretico; illi exponentes S. Paulum explicando, & coarctando regulas generales, quas ille de peccato, morte, & redemptione statuit; alii in Evangelij testendo Virginitatis elegia; hic in vesciculo aliquo Psalmi, ille in angulo aliquo Job, alias in meditationibus, in canticis alter; & quibus alia non fuit occasio, in aliqua Docta epistola ad amicum, aut Episcopum; & inter tot (quadraginta enim inuenies)

Canis. I. 10. Dicit et. 30 & sequentibus.

Theodorus Peltanus de peccato originarii.

Toletus in Ioannem c. 3. Annot. 3. & in Lact. c. 1 Annot. 2.

Bellarminus 10.3.1.4. de do statu peccati.

Franciscus Turrianus Epist. ad Iacobum Amictum Episcopum Antisidio. de definitione peccati originis.

Maldonatus Sup. Match. 9.

Salmeron tom. 3. tra. 8. 1. de infancia Saluatoris, &c. tom. 13. in c. 5. ad Rom. disp. 49. 50 §1. 52.

Peterius in Daniel c. 4.

Delrio in florid. Marian. in Cant. 2 sect. 4.

Et 1. 4. disquisit. Magic. c. 1. q. 3. sect. 4.

Henriquez l. 2. de missa c. 7 lit. 3. in glos.

Et de fine hominis c. 10. l. B. in glos. Et in D.T.

Suarez 3. p. q. 27. a. 2. disp. 3. sect. 5.

Vasquez ibidem disp. 117.

Greg. à Valentia tom. 4. disp. 2. q. 1. p. 2.

Barradius tom. 1. l. 6. concord. c. 30.

Joannes Ferdinand in thesauro script: verbo.

Calcaneus n. 10.

Lorinus in Ps. 59.

Benedict. Justinian. in ca. 2. 1. ad Tim ad verba, qui dedit redemptionem. Et sup. 2. ad Hebreos.

Cora. à Lapide Sup. id ad Rom. 5. per unum hominem peccatum intravit.

Pineda in lob. 14.

Magallanes in 1. ad Tim. 2. lect. 4. ann. 6.

Joannes de Salas tom. 2. in 1. 2. q. 81. tra 3. disp. 11. sect. 5. n. 68.

Ioannes Bonifacius in vita B. V. ibid.

Christophorus de castro c. 2. n. 5.

Josephus Acosta l. de Christo reuelato.

Carolus Mangotius in monitis Maria-
nis, monit. 2.

Petrus Morales in c. i. Matib. l. i. tract. i.
de præservatione Marie.

Costerus medit. i. de concept.

Bruno tom 4 medit. i.

Labata in apparatu, verbo Maria prop. 3.
Mesa in mensa spirituali, verbo Maria p. 2.
q. 34.

Osorius in foſto Concept.

Ribadeneira in vitiis Sanct. 8. Decemb.

Nicolaus de Arnaya in meditacionibus
de Virtutibus Virg. medit. 2.

Ludouicus de Ponte tom. I. p. 2. medit.
3. punto. 4.

Julius Mazarinus in ps. 50. discursu 26.

Notandum cum in nulla religio-
ne fuerint scriptores Ecclesiastici,
in qua nō fuerit hac in controuer-
ſia Varietas , & sententiarum op-
positio, pro alterutra parte , alijs
alijsq; certantibus; in nostra Socie-
tate nunquam inuentum esse nec
per Dei gratiam inuentum iri, qui
de Virginis puritate dubitarit:
quod haud dubiè singulare Dei
donum est & Virginis priuile-
gium ingens , ad nos in dies sibi
magis deuinciendos , & vt nihil

mittam, haud iniucundum erit
 adnotare, quod oēs nostræ Societatis cogit pro viribus, pro hac parte
 stare, decretā scilicet & verba Cōcilij Tridentini circa hoc punctū, in
 fauorem parissimæ conceptionis,
 quæ habentur sess. 5. Vrgente &
 laborante ut id decerneretur, P.
 nostro Iacobo Lainez, secundo
 ordinis nostri generali, quiem totus
 orbis adeò in amplissimo Theatro
 cīt admittatus, & cuius labores ad-
 eo Ecclesia probavit. qui, quia vlti-
 mus inter generales, utpote nouif-
 imæ fathidiae generalis, sederet; Sed
 tamen quia familia ipsius Clerico-
 sum erat, cuius antiquitas prima est
 in Ecclesia, & ob notam viti doctrinariam,
 quoiescunque sententiam
 dicere eum oportebat, iubebatur
 ab ordine discedere, & in media
 Patrum corona consistere, ut ab o-
 mnibus posset audiri. Cum ergo
 Concilium, decretum tulisset de
 peccato originali, quod per omnes
 Adæ filios gravatur; proposuit ut a-

liquid adderetur; ne videretur doctrina generalis in præiudicium *immaculatae Conceptionis*: gratum id fuit Concilio, cupitque cum super ea re differentem audire, cumque ad tres dies expectauit, & quia dies decreta erat, qua quartana exstabatur, voluit in diem sequentem Cœciliū differre sessionem, haud ei consensit: Beatam Virginem, cuius res agenda erat, prouisuram dicitans, ut & prouidit, eo die enim fuit liber à febri; cumque auditus esset omnium summa satisfactione & plausu, decreta sunt verba, quæ instinctu Spiritus sancti habemus scripta, quibus Ecclesia profitetur non esse mentem suam ullo decreto, ubi agitur de peccatis, Beatam Virginem comprehendere. Sed & illud notandum hac in Virginis conceptionem pietate plurimis morbis attulisse medicinam; cum ægros adiens iuberet votū aliquod in Conceptæ Virginis honorem nuncupare, quod plerumque cœbat feliciter. D

S. JO.

O Pater, inquit aliquis licet tot
 testos cogitas; vellemi absolu-
 lum a sine exceptione, & sine falso
 dicentes omnia, ne uno quidem
 dempto. Sed si illud fecerit non ob-
 starer, negotium esset fidei acci-
 lus, uniuersa omnia Ecclesia id bene-
 ter, que cum sit sponsa Christi. Et
 1. Tim. 3. columna veritatis jamat eam tunc
 Joannis Deus & Spiritus veritatis, nec sunt
 14. & 17. pari uniuersam erat, aut à spiritu
 mendacij illi suorum fructi; & quod
 uniuersa senserit, veritas certissi-
 ma, nec illi obnoxia mendacio, sic
 enim pollicitus est Deus; sed reorca-
 mini, & expectate tantillam Hispani-
 enses mei digni ob festum quot
 tanta pietate celebratis, eterna
 laude, recretamini in quaam duobus
 ex capitibus, I. quidem interiori
 gaudio quo interius perfundimini,
 & perfundatur uniuersum illi, qui
 B. V. acq; huius festi sunt cultores;
 quibus eius pueritas est calcar, ad

frequentanda Sacra menta, pictatis exercitia obeunda, ad meliorem frumenti redeundam, cuius favorem et ardentius implorant, quod gravioribus peccatis tenentur irretiri. Et hanc rationem maximi faciebat Fr. Ioannes de la peanna, de quo supra, ut eius discipuli testantur, & refert in illo suo tractatu Fr. Vincen-
 tius Iustinianus eiusdem Ordinis. Vinc. in-
 fin. c. vi.
 s. 10.
 ad veritatem Conceptionis asse-
 rendam. ut ex aduerso, qui con-
 trarium fecerit, aut loquitur, vide-
 torius turbari, & quasi timore
 eo facto iniuncta conscientia faci-
 re populoq; Christiano, hinc cum
 illud vult attinere mille veritas pre-
 occupationibus, illudque cantum
 muscarum, & cum tandem audet o-
 pinionem suam aperire, non id fa-
 cit, ut eam alijs per suadeant (scit eni-
 nim id vires suas excedere) sed ut
 offendat, non esse ita improbabili-
 lem ac vulgo iactatur. Magnum at-
 gumentum veritatis, & sanctitatis
 festi quod celebramus!

Alterum caput est, quod quam
uis non sit planè certa, nec de fide
puritas Conceptionis; constat tamen
esse pius, laudandum, sanctum
Deo acceptum, & Ecclesiæ conso-
num hoc festum, idque celebrare,
Virginem semper puram profiten-
do & quidem publicè, quando id
fit proponente, & approbante Ec-
clesia, immo hortante, quæ in ap-
probandis operibus, moribus, &
cultu diuino errare non potest, nec
ullus dubitādi scrupulus superesse
potest; sed in certitudinis defen-
sionem caput lubens offerrem, &
in signi à Deo beneficio afficeret,
laureaque Martyrij donarer: ut
pote ob defensionem operis pij
profuso sanguine. & de hac re, hoc
loco dictum sit satis, & illi qui no-
uit, in quo consistat ratio Martyrij,
& qui ignorat.

Sed vrget aliquis, quandoqui-
dem omnes hoc lentiunt, & profi-
tetur, exceptis paucis, qui respectu
Ecclesiæ vix sunt ylli, & cum om-
nes id.

nes id sentient, & futurum de fide,
quantum ad id restat? Respondeo
tam parum deesse, quām sunt pauci,
qui desunt, ut sint omnes, qui id sen-
tiunt, & profitentur; quod patet.
Addo cum ferè sint omnes, esse in
proxima potentia, ut fiat articulus
fidei: & tunc erit absque exceptio-
ne, regula generalis, *sicut latantissim
omnium.*

Sed circa hoc aduertite, ad quod
oro, aures benignas præbeatis.

Sic in animum induco meum,
paucis ijs, qui contrarium sentiunt,
& per quos stat, quo minus sit su-
per hac re communis consensus o-
mnium, parari illis à Deo; quid pu-
tatis? honorem in Ecclesia hac sin-
gularem, & in triumphante præ-
mium, & coronam insignem ratio-
nem, & modum explico: destinat e-
os Deus, ut tandem amplectentes
sententiam communem Ecclesiaz,
dent finem hūic controvensiæ, li-
temque concludant, faciantque ut
sit fidei articulus. Magnus honor,
ingens

ingens gloria, quam hodie, cras &
 quandoctunque illis lubet, con-
 sequit possunt habebantque, ut sit
 hic cunctus, corona, & de-
 cus, tantæ doctrinæ, sanctitatis,
 religionis, & speciebatæ in Divam
 Virginem pietatis. audite Vagaba-
 tur David tempore tumultos ab
 Absalonne filio, concitatis. Virum-
 que stabant acies certatum est, ces-
 sit cum suis Absalon, suspensus,
 lanceis confosus incepit. Qui
 partes ipsius sequuntur faciant hinc
 respectare cladem suam & occasio-
 nemi attendere, Itaque secundum fusi-
 fugati, sine duce qui cæsus est, sine
 Rege, qui exortis erat, cui nos
 nostraque debenitis, eia commili-
 tones dedecus abolendum est, Re-
 ge in solium restituto, placet consi-
 lium omnibus si excipias tri-
 bunum Iuda, Gazarus eorum quæ ge-
 rebantur David, licet cæterum
 tribus consensu latus, attamen
 amicè sive tribus offensis, quatuor
 officij sui cernebat intimo-

rem, legat ad illam duos Sacerdos-
 tes Sadoc, & Abiathar, qui amicè
 expositoient, 2. Reg. 19. *Fratri moi-
 vo, & meum, & caro mea quare nouis-
 simi reducitis Regem?* Attentè valde
 sunt, auditi, & quale ab ipsis expe-
 citari poterat, tulere responsum. Re-
 spondentes, *& omnes serua tui.* Moras
 rumpunt, primique in transitu loc-
 damis occurruunt Regi nesciunt ca-
 teret tribus, accurrunt, queruntur
 se qui numero excedant & manu-
 tius de Regi restituendo cogitationes
 subdolè præuentos; haud feru-
 dum, in viam Tribum, restituci
 Regis, gloriam derivari. Nulla cui-
 piam (infit. Tribus Iuda,) infertur
 hoc facto iniuria, nam licet prius
 Regem reducamus, nihil nobis au-
 regamus. *Quia nihil proprius est Rex*
 contra reliquæ; sed sumus nos de-
 cem neino, aliis nobis conferendus;
 Sed ijs dimissis, ad nos Redeo. mit-
 tamus ad hanc nobilissimam familiam le-
 gatos; *quare nonissimi reducites Regi-*
nam? cum sitis Domini, Senatores

huius Reip. huius concilij sapientes, huius vniuersitatis Magistri, & pluribus nominibus Reginæ obstricti, quare nouissimi. aut vltimi in cellocanda Regina cæli in possessione pacifica huius gloriae, quæ illi defertur in terris? videbimus, si modo vita suppetat, ante non multum tempus eos præcipuos in festo hoc celebrando, nosque in hoc, ut in alijs excedere, fiat & viuat gloria Dominae meæ, omnesque alacres, læti, plaudentes, pijs simus pars nec vltima huius lætiæ Vniuersalis, *letantium omnium*, vt Dominæ Matri Reginæ nostræ obsequium tale deferamus, vt & ipsa sanctorum eius virtutum & purissimæ sanctitatis imitatione, Regnet in nobis, Regnet & magnus Rex filius eius, hic per gratiam, illic per gloriam &c.

PIVM OSANNA,
MAGNÆ MATRI VIR-
GINI.

Absque Originalis peccati labe
conceptæ:

*Ab Hispalensibus puerulis, dimicatis in-
spiratis promptum.*

Latinè utcumque redditum Ex Hi-
spanicis Rhytmis excusis.

V Eridici infantes,
Qui morantur Hispali,

Alphabetum lallantes,

Ut tinnitum crotali:

Negant Originale

Tetigisse Virginem,

Peccatum, quod tam male

Defœdavit hominem.

Sic, sic pium O sanna

MARIE depromite,

Quam parit nobis Anna,

Non infectam fomite.

Procul procul, agones

Disputantis populi,

Credo, quod pusiones,

Qui morantur Hispali.

Quod infelices Doctores,
Dicitur Miseris premeant;
Hoc Infantes ad fares
Clericantes, restituant.

Sic iam frustrasunt bella,
Eruſſa perfecta queſtio;
Paruos docet Tabella,
Coffet disputatio.

Cessent iam altercantes,
Et Ofanna audiant,
Quod MARIAE laetantes,
Caribbi regnent.

Nolo magnos clamores,
Disceplantis circuli;
Sequor paruos Dolores.
Prophetantes Hispani.

Clamant CONCEPTIONEM
Ab ſque omni macula;
O pulchram oſſionem,
Prima dignam Inſula!

Lac adhinc tingit ora,
Et cantatis Canticum;
Docentes mitiora,
Doctorem Angelicum;
Qui ſi vita reſtaret,
Vestram hanc ſcieniam,